Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ante faciem eius ibit mors. Egredietur deuastatio pe
des eius stetit et mensus est terram. Aspexit et dissoluit gen
tes et contriti sunt montes seculi. Incurrerunt colles
mundi ab itineribus eternitatis eius. Pro iniquitate vi
di tentoria ethiopie: turbabuntur pelles terre madian.
Numquid in fluminibus iratus es dne aut in fluviis
furor tuus: vel in mari indignatio tua. Quia ascendis
super equos tuos et quadrige tue salvatione. Suscitans sus
citabis arcum tuum: iuramenta tribus dicta es. Fluvios
scindes terre: viderunt te et doluerunt montes.
Imbres aquarum transiit. Dedit abyssus vocem suam
altitudo manus suas levavit. Sol et luna steterunt
in habitaculo suo: in lumine sagittarum tuarum ibunt in spe
ndore fulguranti lancee tue. In fremitu conculcabis
terram: in furore obstupefacies gentes. Egressus es in
salutem populi tui in salutem cum christo tuo. Percussi
sti caput de domo impii: denudasti fundamentum usque
ad collum. Maledixisti sceptris eius capiti bellatorum
eius: venientibus ut turbo ad dispergendum me exul
tatio eorum: sicut eiusqui devorat pauperem in abscondito.
Viam fecisti in mari equis tuis: in luto aquarum mul
tarum. Audivi et conturbatus est venter meus: a voce
contremuerunt labia mea. Ingredietur putredo in os
sibi meis: et subter me scateat. Ut requiescam in die
tribulationis: ut ascendam ad populum accinctum
nrm. Fici enim non florebit: et non erit germen in vineis.
Mentietur opus olive: et arua non afferent cibum. Abscidetur de ouile pecus: et non erit armentum in presepibus.
Ego autem in dno gaudebo: et exultabo in deo ihu
meo. Deus dns fortitudo mea: et ponet pedes meos
qui cervi: et super excelsa mea deducet me victori in psalmis.

Audite celi quæ canente. Cantica magistri

Loquar audiat terra iuba oris mei. Concrescat
in pluuia doctrina mea fluat ut ros eloquium me
um. Quasi pluuia super herbam et quasi stille super gramina
quia nomen dni inuocabo. Date magnificentiam de